



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

De Præcellentia Episcopalis Dignitatis

Alzedo, Mauricio de

Lugduni, 1630

De Ordinationibus. caput 5.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62394](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62394)

DE ORDINATIONIBVS.

CAPVT QVINTVM.



EPISCOPVS iure diuino est vnicus sacramenti Ordinis Minister, c. 1. cum gloss. de ordinatis ab Episcopo qui renunt. Episcopat. Concil. Trident. de reformat. sess. 23. cap. 4. & 7. Diuus Thomas 2. 2. in addit. ad lib. 3. super 3. sentent. quest. 38. art. 1. Tararetus in 4. sentent. distinct. 24. quest. vnic. col. 4. Soto in 4. sentent. dist. 25. q. 1. art. 1. col. 4. Petrus Soto in lectio. de institut. sacerdot. lect. 5. de sacram. Ordinis, §. quod igitur. Hostiensis in summ. de temporibus ordination. §. & à quo. Stunica vera religione, lib. 3. cap. 27. col. 3. Henriquez lib. 10. cap. 11. in princ. Coninek de sacram. disp. 20. dub. 9. num. 75. Nauarr. consil. 4. de priuilegiis, num. 4. Victoria in relectionibus de potest. Ecclesia relect. 2. propositione 3. num. 16. & in Summ. 5. de sacram. Ordinis, num. 215. Fornatius in addit. ad lib. 6. Toleti cap. 5. in pr. Bonacina de sacram. disput. 8. quest. vnic. punct. 4. proposit. vnica, num. 1. Viualdus de sacram. Ordinis, n. 17. Petrus Gregorius syntagmatum p. 2. cap. 9. lib. 16. num. 1. Nauarr. in Manuali cap. 22. num. 18. Anguianus de legibus lib. 2. controuers. 1. num. 70. Barbofa in pastorali, part. 2. alleg. 3. num. 2.

2 Episcopus degradatus, suspensus, excommunicatus, hæreticus, aut simoniacus, & qui loco & dignitati renuntiauit, licet tam ipse quàm recipientes grauitè peccent, verè Ordines confert, & ordinati verè

Ordines recipiunt; sed non administrationem neque earum exercitium: (quidquid dicat Ricardus à Media villa citatus à Tataretò infra allegando) Abbas in c. à nobis de sacrament. non ierand. Tataretus in 4. sentent. dist. 25. quest. 1. col. 2. Soto in 4. supra Petrus Soto supra. Petrus Gregorius, Coninek, Fornatius, Hostiensis, Viualdus, Bonacina, Barbofa, & Victoria in d. relectione, & in summ. num. 216. Toletus lib. 1. cap. 50. num. 4. Syluester verbo degradatio, num. 9. & verbo ordo. 3. num. 6. Valentia ad Diuum Thomam disp. 9. quest. 3. part. 1. vers. penultim. tom. 4. Rodeanus de simonia part. 2. cap. 23. num. 21. Leo in thesauro part. 3. cap. 8. num. 37. Riccius in praxi, in additione ad decisionem 318 in fine. Angelus verbo ordo. 2. num. 3. Hieronymus de Leyua in examine Episcoporum. lib. 1. cap. 12. num. 27. Antonius Ragucius in lucerna Parochorum, tit. de sacram. Ordinis questum 18.

Et sic ordinati non sunt dispensabiles ab alio quàm à Papa. cap. 1. & 2. de ordinatis ab Episcopo, qui renuntiauit Episcopatu.

4 Si verò Episcopi delictum, aut crimen ita occultum sit, & recipientes ignorantes ad eum accedant, verè Ordines suscipiunt, & executionem ad omnes actus spirituales. Gutierrez canonic lib. 1. cap. 1. num. 81. & 89. Mascardus de probationibus conclus. 649. num. 45. Soto in 4. dist. 25. quest. 1. Sanchez de matrimonio lib. 3. disp. 22. num. 35. Couarru-

nias in *c. alma Mater*, part. 1. §. 6. num. 7. multos refert Barbosa post hæc scripta visus in *pastorali*, part. 3. allegat. 3. num. 17.

5 Tantum potest Episcopus quoad ea quæ sunt de consecrationis vel Ordinis efficacia, quantum Papa. Gloss. in *extranag.* 1. *ne sede vacant*, verbo *Coepiscoporum*, in *princ. gloss.* 1. Soto in 4. *dist.* 24. *quest.* 2. *art.* 4. *col.* 3. in *princ.*

6 Quòd Papa non possit simplici Sacerdoti committere collationem Ordinum maiorū. Diuus Thomas in *addit. ad librum* 3. *super* 3. *sentent.* *quest.* 38. *art.* 1. num. 50. Soto in 4. *dist.* 25. *quest.* 1. *art.* 1. *col.* 6. Syluester verbo *Ordo* 3. num. 7. Fornar. in *addit. ad lib.* 6. Toleti de *inst. Sacerd.* cap. 5. Bonacina de *sacram. disput.* 8. *quest.* *unic.* part. 4. *proposit.* *unic.* num. 3. Coninck de *sacram. disp.* 20. *dub.* 9. num. 86. Couarruias lib. 1. *variar.* cap. 10. num. 10. lib. 1. Barbosa in *pastor.* p. 2. *alleg.* 3. n. 4.

7 Contrarium, nempe posse tam maiores quàm minores committere simplici Sacerdoti vt conferat, Anguianus tenet, de *legibus lib.* 2. *controu.* 1. num. 10. Abbas in *c. quanto*, de *consuetudine*, num. 9. Gloss. in *c. manus*, de *consecr.* *dist.* 9.

8 Et quòd Subdiaconatum possit conferre Presbyter de licentia Papæ, non verò Diaconatum aut Presbyteratum. Gloss. in *c. peruenit.* 95. *dist.* Victor. in *summ.* num. 216. §. de *Sacram. Ordinis.* Viualdus in *candelabro*, tit. de *sacram. Ordinis*, §. de *Ministro*, n. 8. & 17.

Sed Victorias vbi proximè inquit, quòd Peludanus, Diuus Thomas & Ioannes Maior testantur, nullo modo posse Papam hoc concedere, & quòd securius esset ab alio Subdiaconatum suscipere, quàm à tali Presbytero super hoc privilegiato.

8 Quòd non possit Papa concedere simplici Sacerdoti consecrare episcopum. Coninck de *sacram. disp.* 20. num. 86. *dub.* 9. & insinuat gloss. in *c. manus*, de *consecrat.* *dist.* 5. quatenus verbo irritum affirmat, non posse aliquem etiam ex Papæ dispensatione conferre ordinem quem non habet. Argumento *l. nemo potest.* ff. de *reg. iuris*, *l. traditio* 20. ff. de *acquir. rerum dominio.* *c. nemo potest.* 79. de *regulis iuris lib.* 6. *c. Daibertum* 1. *quest.* 7. ibi, quòd Nezelon, quem constat ab hæreticis ordinatum, qui nihil habuit, nihil dare potuit. Sed simplex Sacerdos qui non habet episcopalem ordinem, quomodo Episcopalem ordinem dare poterit?

8 At verò ex commissione Papæ posse Presbyterum minores Ordines conferre, vt vidimus in Abbatibus, qui minores Ordines conferunt, si ius mitræ & baculi habent. Syluester, Fornar. Couarruias, Bonacina, Anguian. & Victor. *supra.* Diuus Thom. in *addit. ad lib.* 3. *super* 3. *sentent.* *quest.* 38. *art.* 1. Valentia ad Diuum Thomam *disp.* 9. q. 2. part. 1. Bellarmin. de *clericis*, lib. 1. cap. 27.

9 Et etiam exemplum est dominis Cardinalibus S. R. E. nam licet episcopi non sint, minores Ordines conferunt, & vtuntur Pontificalibus indumentis, & populum solemniter benedicunt. Geminianus in *c. Abbates*, de *priuileg.* lib. 6. num. 4. Abbas in *c. clerici*, de *vita & honestate clericorum*, num. 6. Felinus in *c. inter monasterium*, de *sentent. & re iudicata*, num. 2. Decisiones Rotæ in *nouissim. diuersor. auditor. decis.* 731. num. 10. p. 1. fol. 456. Lancellottus in *templo lib.* 2. cap. 2. de *Cardinal.* §. de *excellencia*, & *potentia Cardinal.* num. 17. Cardinalis Tuschus *liet. C.* *conclus.* 100. n. 50.

Zerola

Zerola in praxi, verbo Cardinalis, part. 1. num. 7. D. Thomas in lib. 3. super 3. sentent. quest. 38. art. 1. num. 50. Soto in 4. distinct. 25. quest. 1. art. 1. col. Petrus Soto in lectionibus lect. 3. §. quod igitur. Syluester, Fornar. Bonacina, Victor. & Barbosa.

10 Episcopus nequit concedere Presbytero potestatem conferendi minores Ordines. Gloss. in c. peruenit. 95. dist. Angelus verbo Episcopus, num. 4. Armilla eodem verbo num. 11. Soto, Fornarius, Bonacina & Victoria.

11 Episcopus qui loco & dignitati renunciauit, minores Ordines conferre poterit illis, qui cum literis dimissoriis suorum episcoporum venerint. c. 1. de ordinatis ab Episcopo, qui renunt. & ibi Abbas, Hostiensis in summ. vers. quid iuris eodem titulo. Borgasius eodem titulo, part. 6. num. 2. Hieronymus Venero lib. 1. cap. 12. num. 14. in examin. Episcoporum.

12 Si verò loco tantum renunciauit, ab alio episcopo rogatus minores, & sacros Ordines, sicut antea conferre poterit. dicto cap. 1. & ibi Scribentes. Cardinal. Toletus in summ. lib. 1. cap. 71. num. 6. Armilla verbo Ordo, num. 18. Syluester 3. num. 5. Borgasius, Leyua sup. a. Ragucius in lucerna parochorum, titulo de sacram. Ordinis, quest. 18. Lancellortus in templo, lib. 2. cap. 5. summ. de potentia Episcopi in spiritu. libus, num. 22. Barbosa in pastor. part. 3. allegat. 113. num. 1.

13 Sed si dubitas quomodo cognosci possit qui renunciauit loco, & dignitati, & ille qui renunciauit loco tantum. Respondeo, quod ille dicitur renunciare loco tantum, qui ideò renuntiat, quia solitariè viuere vult, sine magnis episcopatus curis, vel ob ægritudines, vel quia vocatur ad præfidentiam, seu

ad aliud officium, vel propter alias causas his similes. Si verò propter delictum renuntiat, eo quod de crimine accusatus & conuictus priuatur episcopatu, seu ipse propter ingnauiam, & insufficientiam renuntiat, tunc conceditur renuntiare loco & dignitati, ita Panormitan. in cap. 1. num. 8. de ordinat. ab Episcopo, qui renunciauit. & Hostiensis in summ. eodem tit. §. quid iuris vers. sed quid simpliciter. Gratian. disceptat. cap. 191. num. 50. Maiolus de irregular. lib. 3. cap. 6. num. 6. Barbosa in pastor. part. 3. alleg. 113. n. 1.

14 Et quando dubitatur an renunciauit loco & dignitati, seu loco tantum, in dubio tenendum est renunciauisse loco tantum, non dignitati. Gratianus num. 50. vsque ad 57. Quia, vt diximus, qui renuntiat loco & dignitati, ideò renuntiat, quia aut criminofus, aut insufficientis totaliter est: sed insufficientis & criminofus nemo præsumitur, nisi probetur. Argumento textus in c. ex parte, de scrutinio in ordi. faciend. c. cum in iuuentute. c. dudum, de præsumptionibus. & ibi Baldus c. si quid. 86. dist. c. in cunctis 11. quest. 3. c. Innocens, cum gloss. verbo, indicat. 22. quest. 5. c. sunt nonnulli 46. dist. c. estote de regulis iuris in decretalibus. c. nullum ante. 30. quest. 5. c. Deus omnipotens. & ibi Gloss. verbo præsumat 2. quest. 1. l. seruos 20. l. testamento. l. Thois 4. §. sorore sua. ff. de fideicommissar. libertatibus. l. cum pater 77. §. rogo ff. de legatis. 2.

Episcopus qui ob ignorantiam renunciauit loco, & dignitati, & postea operam literis dedit, potest iterum eligi, & postulari: neque ideò repellitur quia fuit insufficientis; nam studio & diligentia illud amouit impedimentum. Vincentius de Anna consil. seu allegat. 123. num. 1.

Potest

- 16 Potest episcopus dispensare cum eo, qui Ordines ab Episcopo, qui loco & dignitati renuntiauerat, vel ab excommunicato, aut simoniaco suscepit, si delictum occultum est: aliter verò minimè. Vgolinus *de offic. Episcop. cap. 57. §. 2. num. 4. vers. quimo.*
- 17 Episcopus extra Diocesim Pontificalia exercere nequit, & ordinare etiam subditos, sine licentia ordinarij illius loci. Neque in propria Diocesi existens potest ordinare, nisi sibi subditos, aut literas dimissorias habentes: & si contra fecerit à collatione talium Ordinum per annum erit suspensus, ita ut si Diaconatum conferat, à collatione Diaconatus suspenditur; & ordinati ab executione Ordinum susceptorum etiam suspenduntur. Concil. Trident. *de reformat. sess. 23. cap. 8. & de reformat. sess. 14. cap. 2.* Nauarr. *in Manuali cap. 2. num. 18. & cons. 41. num. 3. de tem. ordinat.* Henriquez *in summ. part. 2. lib. 11. cap. 3. §. 2.* Gutierrez *canonicar. lib. 1. cap. 26.* Marius *de censuris tom. 2. disput. 16. de suspensione cap. 1. vers. 3. inferitur.* Coninx *de sacrament. disput. 20. dub. 9. num. 93.* Candelab. *aur. titulo de sacrament. Ordinis. §. de tempore, num. 38.* Fornat. *in addit. ad Toletum, cap. 5.* Riccius *in praxi decis. 297. num. 1. & 2.* Bonacina *de sacram. quest. vnic. punct. 4. disput. 8. propos. vnic. num. 7.* Toletus *lib. 1. cap. 49. n. 1.* Leo *in thesauro, part. 1. cap. 4. num. 23.* Petrus Gregorius *syntagmat. lib. 16. part. 2. cap. 9. num. 3.* Anguianus *de legibus lib. 2. centur. 1. num. 71.* Barbosa *in pastoral. part. 2. allegat. 6. num. 10. & part. 3. alleg. 111. num. 13. & part. 2. alleg. 8. num. 2.*
- 18 Extra Diocesim verò potest episcopus sine licentia ordinarij propriis subditis primam tonsu-
- ram conferre. Riccius *decis. 380. num. 3. & decis. 706. num. 8.* Rebuffus *in prax. benefic. regul. de clericis à quibus & quomodo crecentur. num. 12.* Bonacina *de sacram. disp. 3. quest. vnic. punct. 2. pr. 2. num. 13.* Couartuias *var. lib. 3. cap. 20. num. 9.*
- 19 Contrarium, nempe, non posse sine licentia ordinarij, defendit Barbosa *in pastoral. part. 2. alleg. 6. n. 15. & alleg. 30. num. 16.*
- 20 Prima tonsura quolibet die etiam non festiuo conferri potest. Riccius & Couartuias, atque Rebuffus. Emanuel Sa *verbo ordo, num. 13.*
- 21 Minores ordines quolibet die festiuo simul conferre poterit. Nauarrus *in Manuali cap. 25. num. 71.* Angelus *verbo 6. num. 2.* Syluester *d. num. 2. & Sa num. 13.*
- 22 Sed hoc procedit si consuetudo adest omnes simul vno die conferendi, aliter seruanda sunt interstitia, sufficit enim quòd sint vnus diei festiuo ad alium festiuum proximum. Syluester *d. num. 7.* Barbosa *part. 2. alleg. 11. num. 15.* vbi citat Campanum *diuer. iur. canonici. rubr. 6. cap. 2. num. 20.*
- 23 Sed hoc nunquam obseruare vidi, sed simul omnes vno die conferre, neque idè incurret suspensionem, vel aliam pœnam. Auila *de censuris, part. 7. disput. 9. sect. 1. dub. 4.* Valentia *tom. 4. disp. 7. quest. 19. punct. 3.* Bonacina *de censuris disp. 7. quest. 3. punct. 4. num. 3.* Barbosa *num. 16.*
- 24 Et etiam si consuetudo adest, potest omnes minores Ordines, & etiam Subdiaconatum vno die conferre. Emanuel Sa *verbo ordo, n. 17.* Angelus *eodem verbo 6. n. 2.* Syluester *2. num. 7.* Nauarr. *in Manual. c. 25. n. 71.* Augustin. Barbosa *in remiss. ad c. 11. Concilij Trid. sess. 23. n. 1. fol. mihi 68.*

Contra

- Contrariū tenet Venero à Leyua
in examine Episcoporum lib. 1. cap. 18. num. 13. cum aliis.
- 25 Ordinans proprium subditum licet interstitia non seruet, nullam pœnam incurrit: neque ordinatus suspenditur, quia censetur cum eo tacite dispensasse. Nauarrus *conf. 4. de tempor. ordinat. Riccius in praxi, resolut. 483. num. 7. Bonacina de Sacramentis, disput. 8. quest. unica, part. 5. num. 35. & de censuris disp. 3. quest. 6. punct. 5. num. 7. Barbosa part. 2. alleg. 18. num. 11.*
- 26 Debet episcopus Ordines sacros in diebus sibi ad hoc deputatis concedere: Papa autem omni tempore. *c. Subdiaconos 1. c. sanè 2. c. de eo. c. cum quidam, de temporibus ordin. & ibi Hostiensis & Panormitan. Concilium Trident. de reform. sess. 23. c. 8. Angelus verbo ordo 4. n. 1. Syluester 2. num. 6. Emanuel Sa num. 13. Facit textus in l. 5. tit. 5. part. 1. Viualdus in candelabr. titulo de sacram. Ordin. tit. 15. §. de tempore, num. 35. Bonacina de sacram. disp. 8. punct. 6. n. 1. Lancelotti in templo lib. 2. c. 1. §. 4. n. 9. fol. 134.*
- 27 Non debet episcopus vno die, vel duobus diebus ieiunij continuatis duos Ordines sacros conferre: nam licet dixerimus non incurtere suspensionem, non seruans interstitia, intelligitur non seruando per totum tempus requisitum à iure, hoc est, dispensando in parte temporis aliàs requisiti: non verò totaliter contra ordinationem ecclesiæ, conferens vno die, aut duobus ieiunij continuatis; nam in hoc casu suspensionem incurret, donec absolutionem à Pontifice obtineat. *c. literas. c. dilectus, de temporibus ordin. & ibi Panormitan. Angelus, Syluester, & Nauarrus. Leo in thesauro part. 1. cap. 4. n. 25. Andreas Gambarus de offic. Legati, lib. 2. n. 164. fol. 141. Marius de censuris, disp. 16. de suspension. c. 1. vers. 3. infertur. Barbosa p. 3. alleg. 111. n. 12.*
- 28 Religiosi è Societate Iesu interstitiis non seruatis, & extra tempora à iure statuta in tribus diebus Dominicis, & etiam festiuis, ac continuis ordinari possunt, sine aliquo literaturæ, seu caremoniarū, vel officiorum examine, ex priuilegio Gregorij XIII. Eman. Rodrig. *quest. reg. tom. 1. q. 18. art. 6. per totam.*
- 29 Nequit Episcopus illum ordinare, qui Diaconatum, aut Subdiaconatum suscepit à Papa, sine eius expressa licentia. *c. filium 1. q. 1. c. in distribuendis, & ibi Panorm. & Doctores de tempor. ordin. l. 1. tit. 5. p. 1. & ibi Lopez, Angelus, verbo ordo 3. n. 20. Gambarus de potest. Legati de latere. lib. 2. num. 267.*
- 30 Episcopus ab alio Episcopo, aut à Capitulo, sede vacante, post annum inuitatus ad Ordines celebrandos generales, poterit ordinare ibi clericos sibi subditos, & etiam aliarum Diœcesium, si literas dimissorias habeant: neque ad hoc requirere tenetur aliam licentiam Capituli, aut episcopi vbi celebrat, sed sufficit generalis quā habet. *Nauarr. cōf. 44. de temp. ordin. n. 5. & 6. Toler. lib. 1. cap. 49. n. 2. Fornar. in addit. ad Toletū, cap. 5. Exam. Episcoporum. l. 1. c. 12. n. 52.*
- 31 Sed in contrarium insurgunt Miranda in *Manuali Prelator. tom. 1. quest. 38. art. 3. concl. unica.* & Barbosa in *pastorali, allegat. 4. part. 2. num. 64.* vbi dicunt requirere Concilium Tridentinum in *c. final. de reformat. sess. 6.* quòd episcopus qui ordinat non admittat nisi personas eidem Ordinario loci subiectas, vel alienas, dummodò literas dimissorias habeant, & eas præsentent coram ordinario, in cuius Diœcesi Pontificalia exercet.

Quod intellige verum, si Episcopus aut Capitulum à quo inuitatus celebrat, id expressisset: aliter verò minimè; nam textus in *c. ultim. de reformat. sess. 6.* loquitur de Episcopo qui ordinat in aliena Diocesi, ratione priuilegij sibi dati à Papa ad conferendos Ordines in aliena Diocesi, nã tunc sine licentia ordinarij, & nisi clericos illi ordinatio subiectos initiare nõ poterit, ita sentit Nauarrus vbi proximè. At verò quando inuitatus celebrat, & generaliter sibi conceditur licentia celebrandi, in quo præiudicat inuitanti, si sibi subditos, vel alienos cum dimissorijs ordinet? Concilium enim tantùm tollit ne exercentur Pontificalia sine licentia ordinarij, hic ergo interuenit & etiã exercetur in personas eidem ordinario subiectas: sed quia licentia generalis est, non tam strictè accipienda est quòd hoc denegatum censeatur: nã inuitatus accedit, & ad commodum inuitantis, & sic quid mirum si alia ad commodum inuitati permittantur, nam superfluum ac verecundum esset, si ipse teneretur petere licentiam ad ordinandos subditos, in quo quæ sua erant diceretur quærere, & non Episcopi inuitantis. Facit etiã, quia si Episcopus se offerret ad celebrandum, & ad hoc ibi peteret licentiã, strictè cõcessio intelligi poterat, non verò quando rogatus, quia tunc largè & amplè debet intelligi.

32 Potest Episcopus familiarè ordinare, qui secum per triennium commoratus est, licet inseruire cœpisset antequam ipse crearetur Episcopus, dummodò præsens semper inseruiret, excepta parua absentia: nam si absens sumptibus vixerit Episcopi, non gaudebit hoc priuilegio. Ultra familiaritatem & trienniũ requiritur, quòd beneficium statim, quacũ-

que fraude cessate re ipsa ei cõferatur non antea, sed in ipso actu dũ ordinat, ita vt ordinatio concurrat cum actu collationis: ita Cõgregatio declarauit anno de 1581. vt habetur in Decisionib. Rotæ in nouissimis diuersorum audis. p. 1. decis. 771. n. 3. & n. 15. fol. mibi 456. Concil. Trid. c. 9. de reformat. sess. 23. & ibi sacre Cardinalium cõgregationis declaratio. Barbosa ibi late in remissionibus ad ipsũ locũ. Eman. Rodrig. tom. 4. c. 62. n. 6. fol. 113. Vgolin. de off. Episcopi, cap. 26. n. 6. §. 4. Cenedo pract. & canonic. quæst. lib. 1. q. 38. n. 30. Narbona in l. 35. gloss. 1. tit. 3. lib. 1. recopil. n. 28. Riccius in praxi, decis. 307. n. 1. & decis. 310. Sanchez de matrim. lib. 8. disp. 1. n. 25. Nauarr. in Manuali c. 22. n. 18. & conf. 12. & 13. de tempor. ordin. Nicolaus Garcia de beneficiis p. 2. c. 5. n. 83. Barbosa in pastor. p. 2. alleg. 5. n. 1. vsque ad 8. Ragucius in lucerna parochorũ. tit. de sacrament. Ordin. q. 18. Examen Episcoporum. lib. 1. cap. 11. num. 38. Fornarius in addit. ad Toletum cap. 5. in fine.

33 Quod requiritur tam ad conferendam primam tonsuram, quàm maiores Ordines, vt supra relati affirmant.

34 Quòd possit Episcopus dispensare cum familiari triennali quando eum ordinat, & beneficium confert, in interstitiis, & in omni irregularitate tenet Sanchez & Fornar. supra.

35 Contrarium, nempe non posse dispensare, affirmant Nicolaus Garcia, Vgolinus, Narbona, Cenedo, & Barbosa, Riccius decis. 266. in fine. Sayrus decis. 28. & 29. tit. de temporib. ordination. Zerola in praxi, verbo Episcopus, part. 1. num. 6. & verbo ordo, part. 2. num. 6.

36 Sed si necessitas adest posse Episcopum ordinare familiarem triennalem, licet beneficium non conferat, ad titulum pensionis, vel patrimonij,

monij, & cum adscribere ecclesie pro cuius necessitate ordinatur. Garcia, Barbosa, Sanchez & Fornarius *supra*. Et quod sic declaravit sacra Congregatio Cardinalium dicit Garcia *ubi supra*. vbi ponit tres declarationes. Marcus Antonius Genuens, c. 81. n. 3. Parisius *de resignat. lib. 4. q. 2. n. 91*. Et quod licet eum ordinans sine necessitate ecclesie, neque suspensionem, aut aliam poenam incurrat. Garcia *d. c. 5. p. 2. tom. 2. n. 89. & 90. & in n. 88*. alios citans asserit, posse dispensare cum familiari trienniali in interstitiis, & illegitimitate, si beneficium habet ad ei conferendum: Nam tunc utpote cum subdito etiam si triennialis non sit.

37
38 Quod intelligo procedere in familiari, qui primam tonsuram haberet, non in non tonsurato; quia ad hoc ut eum ordinet, in ipso actu debet beneficium conferre; sed si illegitimus, aut alia de causa impeditus est, neque beneficium, neque Ordinem, donec dispensetur suscipere potest. Dispensare vero ipse Episcopus non potest cum eo, quia nondum beneficium habet, & idem non subditur. Igitur.

39 Potest episcopus in casu quo familiarem triennem ordinare valet, iuxta Concilij decretum, concedere dimissorias ad Ordines ab alio Episcopo suscipiendos, si ipse infirmitate aut alia necessitate impeditus est. Vgolinus *de off. Episcopi, c. 26. §. 4.* Nauarr. *conf. 12. de temporibus ordinat.* Campanil. *in diuersis iuris canonici rubric. 9. cap. 9. num. 6.* Barbosa *in pastorali part. 2. alleg. 5. num. 15.*

40 Episcopus titularis familiarem suum ordinare nequit ratione seruitij triennialis, licet titulum haberet patrimonij, pensionis, aut beneficij: quia Diocesim non habet in qua familiaris domicilia-

rius effici valeat; cum neque ipse titularis in proprio domicilio esse dicatur. Quamuis priuilegium haberet promouendi quoscumque ad se venientes: & licet in loco exempto, & nullius Diocesis esset, nihilominus non potest, nisi literas dimissorias familiaris haberet, aliter enim per annum ab exercitio Pontificalium erit suspensus, & ordinatus ab executione Ordinum susceptorum, donec suo Episcopo placuerit, suspendetur. Concil. Trident. *de reformat. sess. 14. cap. 2.* Nauarrus *in Manual. cap. 22. num. 18* Riccius *in praxi supra*. Bonacina *de Sacramentis d. sp. 8. quest. vnic. punct. 4. prop. vnic. num. 19.* Toletus *lib. 1. c. 45. num. 5.* & Fornarius *ibi*. Vgolinus *de off. Episcopi, cap. 24. alia 26. §. 4. n. 2.* Franciscus Leo *in thesauro, part. 1. cap. 4. num. 24. & part. 3. cap. 8. num. 16.* Henriquez *in summ. lib. 14. cap. 17. §. 3. in fine, litera A.* Azor *institutionum moralium part. 2. lib. 3. cap. 48. quest. 6.* Narbona *in l. 35. tit. 3. lib. 1. recopilat. gloss. 1. num. 32.* Riccius *in praxi, decis. 307. num. 2.* Barbosa *in pastoralis p. 2. alleg. 5. num. 17. & allegat. 6. & part. 1. allegat. 111. num. 14. & in remissionib. ad cap. 9. sess. 23. Concilij.* Hieronym. Venero *in examine Episcop. lib. 1. cap. 12. num. 28.*

41 Et episcopi titulares nullibi possunt Pontificalia exercere, nisi de expressa Romani Pontificis licentia, & nisi in illa Diocesi cui datus est in Suffraganeum. Congregatio Card. *super cap. 2. de reformat. sess. 14.* Leo *in thesauro part. 3. cap. 8. num. 17. & 18.* Riccius *decis. 307.*

42 Episcopus autem qui Diocesim habet, potest ordinare sibi subditos tripliciter: ratione originis, ex eo quod ex sua Diocesi sunt oriundi; & ratione beneficij, quia in sua Diocesi beneficium habent, vel ra-

tionem domicilij, quia ibi animum commorandi habet. *c. nullus, de temporibus ordinat. lib. 6.* & Geminianus ibi. Rebuffus *in praxi regula de cleric. à quibus & quomodo creentur, num. 19.* Nauarr. *consil. 2. num. 1. & cons. 5. n. 6. & cons. 19. num. 1. & cons. 26. num. 1. & cons. 39. num. 1. de tempor. ordinat.* Henricus *in sum. lib. 10. cap. 24. num. 1.* Quaranta *in sum. Bullar. verbo Ordo.* Bonacina *de sacram. disp. 8. q. vnic. punct. 4. n. 8.* Syluester *verbo ordo, 3. n. 3.* Coninck *de sacram. disp. 20. num. 93.* Fornar. *in addit. ad Toletum c. 5. prope finem.* Angel. *verbo Ordo, 2. n. 1.* Ricc. *decis. 298.* Narbona *in l. 20. tit. 1. lib. 4. recopil. gloss. 2. n. 132.* Emanuel Rodrig. *tom. 4. cap. 62. alias 61. num. 12. fol. 113.* Petrus Barbosa *de iudiciis art. 3. principalis tractatus. quae sint necessaria ad validitatem prorogationis, num. 213.* Augustinus Barbosa *in pastor. part. 2. alleg. 4. num. 1.*

43 Et ille dicitur Episcopus originis, in cuius Diocesi ordinandus natus est, non verò episcopus Diocesis, in qua ordinandi Pater natus. Emanuel Rodriguez *tom. 4. cap. 61. alias 62. num. 12. fol. 113.*

44 Barbosa verò in pastorali *vbi proximè num. 7. vsque ad 15.* extendit etiam ad Episcopum in cuius Diocesi natus est Pater, & ad hoc allegat glossam *in c. nullus, de tempor. ord. lib. 6.* sed meo iudicio nihil probat. Citat etiam Nauarrum & Riccium, *vbi supra num. 4.* & ille *cons. 19. de temporib. ord.*

45 Filius non sequitur matris domicilium, nisi sit vulgò quæsitus, hoc est, cuius pater ignoratur: nam tunc matris domicilium sequitur. Si verò expositus fuerit, & eius parentes ignorantur, illius loci *vbi expositus est, censetur.* Gratianus *disceptat. 75. num. 12.* Barbosa *suprà.*

46 Ordinandus qui in mari natus

fuit, seu in loco *vbi Patres accesserunt, sine animo permanendi, patris domicilium sequitur.* Vgolinus *de off. Episcopi, c. 26. §. 1. num. 5.* Barbosa *n. 16. vsque ad 19.*

47 Episcopus non poterit ordinare subditum ratione domicilij, si prius ab Episcopo originis ad titulum patrimonij ob vtilitatem ecclesiae esset ordinatus, nisi sibi constet iam illam cessasse causam. Vgolinus *num. 3.* Narbona *in leg. 20. tit. 1. lib. 4. recopilat. in gloss. 2. num. 132.*

4 Episcopus dum sacros Ordines confert, potest expressè exigere votum continentiae vt est de stylo cæcellariæ, & patet ex decisionibus. Rotæ *in nouissim. diuers. auditor. part. 1. decis. 551. n. 14. fol. 346.*

49 Tenetur Episcopus requirere an ordinandi titulum habeant, nā sine titulo pensionis, beneficij, aut patrimonij admitti non debent. In casu verò quòd aliquos sine titulo ordinauerit, ad eorum sustentationem tenetur, donec habeant vnde viuere possint. Gloss. *in c. Episcopus, de prebendis verbo necessaria.* Conc. Trid. *de reform. sess. 21. c. 2.* Panorm. *in c. vel non est, n. 4. de tempor. ordin. & in c. per tuas 3. de simonia, n. 4. c. de multa, de preben.* Petrus Greg. *synt. agm. p. 2. l. 16. c. 11. n. 1.* Vgolin. *de off. Episcopi, c. 26. §. 15. n. 1. & de irregularit. c. 61. n. 7.* Riccius *decis. 312.* Menochius *de arbitrar. casu 169. n. 14. & casu 560. n. 10.* Decius *in c. Episcopus de prebend.* Barbosa *allegat. 20. num. 3.*

50 Ad minores Ordines conferendos non tenetur requirere titulum beneficij, aut patrimonij, vel pensionis. Parisius *de resignat. lib. 2. quest. 6. num. 4.* Garcia *de benefic. part. 2. cap. 5. num. 4.* Vgolinus *de officio Episcopi supra, & de irregularitat. cap. 61. num. 2.* Petrus de Ledesma *in sum. p. 1. tract.*

tract. de Sacram. Ordinis. c. 7. ad finem. Salzedo ad Bernardum Diaz *c. 18. num. 5. in nouissim. edit.* Quintana Dueñas *Ecclesiasticon. lib. 3. num. 4. & 17.*

51 Ad maiores verò Ordines præcisè requirere tenetur titulum, ne cogatur alere ex propriis sumptibus ordinatos: vt Parisius & Decius *suprà.*

Etiam si qui ad Ordines accedunt, sint clerici, Religiosi non professi, more religiosorum viuentes, nam si beneficium aut alium titulum non habuissent, admitti nullo modo debent ad Ordines sacros, sub pæna suspensionis: & quia cõpelleretur ad eos alendos si non habent vnde viuere possint: & etiam ordinati in suspensionem incidunt. Concilium Tridentinum *de refor. sess. 21. c. 2.* & ibi Barbosa *in remissionib. num. 3. fol. mibi 42.* vbi multos citat. & *in pastorali part. 2. alleg. 19. num. 4. & alleg. 20. num. 35. & part. 3. alleg. 111. num. 16.* Riccius *in praxi decif. 312. num. 2.* Vgolinus *de offic. Episcopi c. 26. §. 2. num. 1. cum sequentibus.*

52 Sed primò fallit in Religiosis illustriſſimæ Societatis Iesu, qui licet nondum professi, per quartam professionem absque titulo promoueri possunt ad sacros Ordines de licentia sui præpositi Generalis: patet ex literis Gregorij XIII. anno 1575. expeditis: referunt Vgolinus *suprà §. 8. num. 1.* & Garcia *n. 13. & 14.* Riccius *decif. 312. num. 2.* Barbosa *in remiss. super d. c. 2. de refor. sess. 21. & dic. part. 2. alleg. 19. & 21. & part. 3. alleg. 111. num. 16.* Henriquez *lib. 10. cap. 17. §. 3.* Parisius *d. lib. 2. quest. 6. num. 19.*

53 Fallit secundò, quando illos ordinant quos professos esse existimabat, quia permendacia se pro-

fessos finxerunt: nam tunc neque suspensionem incurrer, neque tenetur eos alere; & idem dico quando ordinauit aliquem, qui per fraudem habere titulum finxit. Decius *in d. c. Episcopus, de prabend. num. 25.* Nauarr. *conf. 14. num. 3. de temporib. ordin. Parisius supra num. 18.*

Ad titulum bonorum mobilium ordinare Episcopus poterit, & curare vt quam primùm commodè possit, bona mobilia conuertantur in immobilia. Nauarr. *conf. 29. de tempor. ord. num. 3.* Parisius *de resignat. lib. 2. quest. 6. num. 15.*

Potest etiam ordinare ad titulū census etiamsi redimibilis sit, seu ad vitam ordinandi tantum: non tamen si ad vitam alterius, quo mortuo finiretur & reditus census. Plures citat Garcia *de beneficijs. part. 2. som. 1. c. 5. num. 91.*

Et ad titulum seminarij causa inferuendi beneficio seminario unito: ita Congregatio declarauit. Parisius *de resignatione lib. 2. quest. 6. num. 32.* Garcia *d. c. 5. num. 104.* Salzedo ad Bernardum Diaz *c. 10. num. 9.* Zerola *verbo seminarium, part. 1. §. 6.* Lelius Zecchus *c. de clericis, num. 7. vers. 84.* Marcus Antonius Genuensis *in praxi Archiepis. Neapol. c. 82. num. 2.* Barbosa *in remissionib. ad c. 2. sess. 21. de refor. num. 9. fol. mibi 42.*

Et ad titulum donationis, dummodò realiter vera sit, non ficta, aut reuocabilis, quam alienare nullo modo poterit, donec aliunde viuere habeat: ita Congregatio Cardinalium, Lelius Zecchus *de republica Ecclesiastica c. de clericis, num. 7. vers. 84.* Garcia *de benefic. part. 2. c. 5. num. 79.* Barbosa *in remiss. ad c. 2. Concil. de refor. sess. 21. num. 8.* vbi duas declarationes Cardinalium transcripsit. Nauarr. *conf. 14. num. 3.*

de temp. Parisius de resignat. lib. 2. quæst. 6. num. 11. & 12.

58 Et ad titulum pensionis, ita sacra Congregatio, Garcia num. 76. Parisius, & Barbosa.

59 Et ad titulum patrimonij: neque requiritur quòd expressè sibi assignetur in titulum, sed sufficit habere vnde se alat, quia id succedit loco tituli. Gloss. in c. si Episcopus, de præbend. lib. 6. verbo titulum: & ibi Scribentes. Panormit. in c. tuis, num. 3. eodem tit. in decretalibus. Barbosa, Garcia, & Parisius.

60 Neque interest quòd bona patrimonialia in diocesi sint illius Episcopi qui eum ordinaturus est, vel in alia: nam ubicumque sit, sufficit. Vgolinus de offic. Episcopi, cap. 26. §. 10.

61 Non potest quis ordinari ab Episcopo in cuius diocesi patrimonium habet, si ratione originis, aut alia de causa subditus non sit. Vgolinus d. c. 26. §. 3. Riccius decis. 302. num. 1. & decis. 261. num. 2. Barbosa in pastoralis, part. 2. alleg. 4. num. 56. Campan. in diuersis iuris canonic. rubric. 9. cap. 8. num. 17. vers. ex causa. Barbosa supra Hieronym. Venero in examine Episcoporum. lib. 1. cap. 12. num. 44.

62 Potest etiam ordinate ad titulum paternæ hereditatis subditos, licèt hereditatem non possideant, quia patres eorum viuunt. Garcia de benefic. d. c. 5. tom. 1. part. 2. n. 91. & ad hoc adducit illud Concilij c. 2. sess. 21. ibi, patrimonium verò, vel pensionem obtinentes: & ibi, eo quoque prius perspecto, patrimonium vel pensionem: & etiam allegat à num. 96. quamdam declarationem sacre Congregat. quæ meo iudicio nihil probat, sed ni fallor, tam declaratio sacre Cōgregationis quàm locus Concilij

in contrarium faciunt.

Et sic aliqui tenuerunt contrariam sententiam, nempe non posse quis ordinari ad titulum paternæ hereditatis, vel legati, seu ex eo quia Pater diues est, Surdus de aliment. tit. 7. quæst. 37. num. 2. cap. 3. Augustinus Barbosa in remiss. ad c. 2. sess. 21. num. 15. Nauarr. consil. 19. de temporib. ordinat. num. 1. & 3.

64 Sed pro concordia dico, si Pater deputat de præsentis loco legitimæ aliquid filio, ita vt postea neque minui, aut reuocari possit, si sufficiens est ad eius sustentationem, procedet opinio Garcia. Si verò neque deputat aut tradit, nullo modo ordinari poterit: quia licèt diues pater sit, & præsumatur ad filium post mortem patris magnam & opulentam hereditatem peruenturam, quia facilè consumi, aut ea per ingratitudinem priuari poterit, non erit securum si ordinetur, nisi Pater in re certa, & immobili, ac perceptibili filio necessaria ad sustentationem honestam assignet; & sic intelligenda opinio Surdi, Barbosa, & Nauarri: nam Concilium nihil aliud poscit, nisi quòd ordinandus habeat fixum vnde viueret, quod donec filius nomine proprio possideat, in contingenti est quòd ad eum nihil perueniat, & per consequens quòd mendicet, & sic mēs Concilij fraudaretur.

Neque poterit quis ordinari ad titulum beneficij, si nondum secure possidet: quia lis mota est donec per sententiam obtineat. Vgolinus de offic. & potest. c. 26. §. 8. num. 3.

66 Graduatús in iure canonico, aut in sacra Theologia sine titulo aut patrimonio potest ordinari: quia tali non defuturum est vnde viuat. Emanuel Sa verbo ordo, num. 17. in aphorismis.

Episcopus

- 67 Episcopus qui presbyteralem Ordinem contulit ei, qui nec titulum aut patrimonium non habebat, cogitur eum alere, licet antea sciret ab alio episcopo subdiaconatum & diaconatum fuisse collatum. *c. non liceat. c. Episcopus, de prebend. & ibi Doctores. Vgolinus supra §. 15. Barbosa alleg. 20. num. 22. part. 2. Fornarius de Sacramen. Ordin. cap. 8. num. 10. Bonacina de Sacram. disp. 8. quest. unica, punct. 5. num. 30.*
- 68 Episcopi successor qui aliquē sine titulo initiauit, tenetur eum alere donec eum de beneficio prouideat: vel Capitulum, si sede vacante post annum commisit alicuius ordinationem, qui titulum non habebat, tenetur etiam alere, *c. accepimus, de arate, & qualitate. c. cum secundum Apostolum de prebend. Abbas in cap. accepimus. Riccius decis. 312. num. 1. Bonacina de Sacram. disp. 8. q. unic. punct. 5. num. 17. Henriquez in summ. lib. 10. cap. 17. §. 4. in comm. litera F. Barbosa in pastoral. part. 2. allegat. 20. num. 23.*
- 69 Limita nisi episcopus ordinator uiuit, quia ad aliam Ecclesiam translatus, vel quia renunciauit loco, non dignitati: nam tunc ipse tenetur alere, non successor in Ecclesia, Henriquez, & Barbosa, Vgolinus de offic. Episcopi, cap. 26. §. 15. num. 1. & 2.
- 70 Si Episcopus alteri Episcopo generaliter, nullis personis expressis, ut suo nomine in sua diocesi Ordines celebret, committat: si Episcopus cui hoc commissum est, beneficium, vel patrimonium non habentem ordinauerit, tenetur eum alere, non Episcopus qui commisit, quia in culpa fuit non inuestigando an haberet titulum; si uero certæ personæ specialiter commis-
- sa sunt sibi, non ille, sed committens necessaria prouidere tenetur. *c. si Episcopus, de preb. lib. 6. & ibi Geminian. Gloss. in c. cum secundum Apostolum, eodem tit. in decretalibus, verbo successores. Vgolinus d. c. 26. §. 15. num. 1. Petrus Gregor. syn-tagm. part. 2. lib. 6. cap. 11. num. 1. Barbosa supra num. 21.*
- Episcopus ordinans non subditos dimissorias habentes, nequit cum eis dispensare in interstitijs, aut alijs impedimentis occultis, nisi in literis dimissorijs exprimat quod possit dispensare. Nauarr. *conf. 13. de temporib. ordinat. num. 2. Sanchez de matrimonio. lib. 8. disp. 1. num. 25. Coninx de sacram. disp. 33. dub. 2. num. 7. Miranda in Manuali Prælator. tom. 1. quest. 38. art. 7. cont. 2. Barbosa alleg. 18. part. 2. num. 9.*
- Sed licet ex dimissorijs constet esse examinatos qui mittuntur, poterit iterum eos examinare, quod pij & sanctissimi episcopi obseruāt in practica. Emanuel Rodriguez *tom. 4. de sus obras, c. 61. alias 62. n. 5. fol. 113. alios citat Barbosa in pastoral. part. 2. alleg. 7. num. 22.*
- Potest etiam Episcopus examinare regulares, licet à suis Prælatiis examinati & approbati remittantur, multi tamen sunt super hoc priuilegiati, ut Religiosi Societatis Iesu, & alij, de quibus Miranda in *Manual. tom. 1. quest. 38. art. 2.* sed quod istorum priuilegia à Sixto V. fuerunt reuocata testatur Barbosa.
- Regulares à quocumque catholico episcopo ordinari possunt, neque requiritur quod literas dimissorias portent Episcopi in cuius diocesi degunt, nam sufficit sola licentia & approbatio sui Prælati. Miranda, & Barbosa.
- episcopus

- 75 Episcopus sibi subditum irregularem occultum ordinans, aut literas dimissorias concedens, sciens criminolum occultum esse, cum eo videtur tacite dispensare, aut permittere quod ille qui eum ordinat, si vult, cum eo dispense. Henricus *in summ. lib. 14. cap. 17. §. 4. liter. P.* Suarez *de censuris, disp. 41. sect. 3. num. 4.* Maiolus *de irregularitate, cap. 51. num. 8.* cum alius resoluit Barbosa *ubi supra part. 2. alleg. 39.* latè Tiberius Decianus *responsor. responso 31. num. 7. tom. 4.* Decius *consil. 18. num. 24. tom. 1.*
- 76 Quando episcopus literas dimissorias concedit suis subditis, in quibus hæc clausula ponitur, quod possint ordinari à quocumque catholico Antistite, in propria diocesi pontificalia exercente, non poterunt Ordinarii, qui tales dimissorias habuerint ab Episcopo qui in aliena diocesi ordinat, de licentia Ordinarii illius diocesis, si in literis dimissoriis non inseratur hæc clausula, seu ab alio catholico Antistite in aliena diocesi Pontificalia exercenti, de licentia ordinarii illius diocesis. Rodriguez *diel. 10. 4. c. 61. aliàs 62. num. 1. & 2.*
- 77 Et ibi dicit, quod Abbates ius mitræ & baculi habentes, non possunt suis subditis dimissorias concedere. *num. 4.* Seraphinus Oliuarii *tom. 1. decisio. decis. 985.*
- 78 Vbi adiicit non posse Episcopum permittere, aut concedere Abbatibus ius mitræ habentibus ordinare aliquos sæculares: nam quod eis tantum permillum extat, illud est, quod possint primam tonsuram, & minores Ordines suis conuersis tantum conferre, non verò sæcularibus subditis, neque eis literas dimissorias concedere, quæ auctoritas illis competit ex priuilegio, non de iure communi. *c. Abbates 3. de priuileg. lib. 6.* Abbas *in c. clerici, de vita & honestate clericor. num. 6.* Decisiones Rotæ *in nouissimis diuersi. decis. 731. num. 8. part. 1. fol. 456.* Tatarctus *in 4. sentent. dist. 24. quest. unica, col. 4.* Soto *in 4. decis. 25. quest. 1. ar. 2. col. 6.* Petrus Soto *in lictionibus de instit. sacerdot. lect. 5. §. quod igitur.* Armilla *verbo Abbas, num. 6.* Viuald. *in candelabro de Sacramen. Ordin. tit. 15. §. de ministro, num. 3.* Angelus *verbo Ordo, 12. num. 1.* Nauarrus *conf. 14. de priuileg. num. 3. & 5.* Petrus Gregorius *synagomat. part. 2. lib. 15. cap. 13. num. 15. & lib. 16. c. 4. num. 9. & cap. 9. num. 2.* Rebuff. *in prax. beneficior. regula de clericis, à quibus & quomodo creentur, num. 14.* Zerola *in praxi part. 1. verbo Abbas, num. 2.* Narbona *in l. 59. gloss. 1. num. 64. lib. 2. recopilation. tit. 4.* Lancellott. *in templo, lib. 2. cap. 7. de Abbate, §. 1. num. 28.* vbi plura videbis de Abbatibus.
- 79 Permittitur tamen Abbatibus regularibus ius mitræ & baculi habentibus, licet benedicti non sint, dummodò quasi Episcopale ius habeant, consecrare altaria suarum Ecclesiarum subiectarum, & etiam calices, & aras octo ab Episcopo consecrato, non solum ad usum suorum, sed & aliorum; latè Emanuel Rodriguez *tom. 3. de sus obras, cap. 19. fol. 32. num. 2. & cap. 27. fol. 45.* Miranda *in Manuali tom. 2. quest. 41. art. 4.* Barbosa *in pastoralis, part. 2. allegat. 27. num. 36.* Lancellottus *suprà.* idem Rodriguez loquens de Abbatibus Cisticensibus *tom. 1. q. regul. 9. 28. art. 2. fol. 295.*
- 80 Gloss. verò *in c. Abbates, de priuilegiis, lib. 6.* constanter tenet, non posse Abbates aras, calices, aut altaria consecrare, neque omne id facere

facere in quo interuenire poterit vnctio. Angelus *verbo benedictio, & verbo altare, & verbo calix, num. 3.* Emanuel Sa *verbo benedictio, num. 4. & verbo calix, num. 3.* Syluester *verbo benedictio, num. 2. & verbo calix, & verbo Abbas, in fine.* Franciscus Suarez *de religione tom. 4. cap. 30. num. 2. lib. 2. vbi late.*

81 Super hoc enim quemdam grauissimum Patrem Abbatem in hac Matritana curia consului, & dicebat mihi, quod ex quo Romanus Pontifex omnibus Abbatibus ius vtendi mitra, & baculo, & cæteris indumentis Pontificalibus concessit, videtur & concessisse quod possent exercere iura episcopalia, & benedicere ornamenta diuino cultui necessaria, & etiam aras, ac calices. Ad quod respondebam ego nullo modo posse procedere, nam

82 licet ius vtendi mitra, & cæteris indumentis concedatur, non ideo iura episcopalia exercere possunt Abbates, quia mitra & alia insignia sunt quædam nuda demonstratio, quæ habent suum significatum. Antonius Maurus *alleg. 63. num. 1.*

83 Et iura episcopalia tot sunt, quod ita simpliciter concessa non videntur. Arg. text. *in c. cam olim.* & ibi Gloss. Panormitan. & Bald. *num. 1. de præscriptionibus.* Dicebat etiam prædictus Abbas, quod ab antiquissimo tempore hoc ius illis compete-
 rebat, & sic per longam consuetudinem, & præscriptionem introductum: sed quod ab antiquo non sit, patet ex multis priuilegiis, quæ breuitatis causa non refero. Sed ex priuilegio Zachariæ Papæ monasterio Casinensi anno 7. sui Pontificatus concessa, vbi quàm plurima Casinensibus Abbatibus indulget.

84 Et nullo modo permittit, quod

calices aut altaria consecrent, sed quod inuitent Catholicum Antistitem ad similia peragenda. Vt videre est in appendice ad primum to-
 mum de Historia generali Diui Benedicti, Scriptura 3. ibi etiam est aliud priuilegium 7. in ordiue, Honorij III. in fauorem magni Cænobii Diui Pauli in Romana Curia: concedit ibi Papa Abbatibus talis monasterii, quod possint vti mitra, baculo, sandaliis, annulo, tunica, dalmatica, & benedicere populum solemniter, & suis monachis minores Ordines conferre, benedicereque indumenta, quæ ad vsum altaris fuerint necessaria in eodem monasterio; sed quod denegat est, consecrationes altarium, & similia. Constat etiam ex scriptura 19. Gregorii magni, ibi, Chrismatis quoque ac olei, altaris, calicis, corporalis, à quocumque voluerint Pontifice benedictionem expectant: & scriptura 32. Honorij III. dicto tom. 1. in appendice apud Antonium de Yepes.

Et in tom. 4. scriptura 35. Pii IV. & scriptura 7. Urbani III. & in tom. 5. scriptura 3. Innocentij II. & scriptura 33. Innocentij III. & scriptura 39. Alexandri IV. & scriptura 41. Leonis decimi, & aliis quàm plurimis in aliis locis, quas consultò omitto. Et quid dicere, quod allegent habere priuilegium, si ipsam scripturam non ostendunt. *c. 1. de fide instr.* & ibi Scribent. Nam ea deficiente, ad eius probationem non admittuntur testes, quia præcisè ipsa scriptura requiritur. Baldus *in l. humanum, c. de legibus.* plenius Felin. *in rubrica de constitut. num. 4.* plures refert Antonius de Mauro *allegat. 54. num. 2.*

Neque facere potest quod ab an-
 H h

85

86

87

89. triquo introductum sit, & sic præscriptum per longum tempus, quia licet Abbas iura quæ Episcopo iurisdictionis causa competunt præscribere velear. *c. auditis, c. cum olim, de præscriptionib.* & ibi Panormitan. & Baldus: non tamen quæ ratione Ordinis, quia propriè episcopalia dicuntur, (qualis est calicis, & altaris consecratio,) & sic præscribi nequeunt: nam ita annexa sunt Ordini, quòd ab ipso Ordine non possunt separari. Baldus *in d. c. auditis, num. 9. de præscriptionib.* Egregiè Sylvester *verbo benedictio, num. 3.* & quòd iura Episcopalia contra Episcopum præscribi nequeant, etiam ab Abbatibus, resoluit cum multis Paulus Æmilius *decis. 306. fol. 82. part. 1. num. 7.*

90. Sed si unctio altaris & calicis non fuisset propriè Ordinis Episcopalis, sed tantum pertineret ad iurisdictionem, sequeretur quòd electus confirmatus, & non consecratus, posset calices, & aras consecrare; quia omnia quæ iurisdictionis sunt, exercere potest. Sed oppositum verissimum est: nam nullo modo potest electus talia facere; ut Sylvester *num. 3.* igitur neque Abbates, cum neque sint talia iura præscriptibilia: ut Paulus Æmilius *supra. Lancellottus in templo lib. 2. c. 7. de Abbate, num. 29.* Cacia Lupus *de unionibus art. 3. num. 23.*

91. Audiui tamen, quòd verum esse existimo (sed nihilominus tu consule) habere priuilegium monasterium Casinense, vbi excellentissimi fidei, & ecclesiæ ornamentum magni, & singularissimi, Patris mei amantissimi, & Patris ac Patriarchæ omnium Religiosorum, sanctissimi Benedicti, à tenera iuuentute singularissima decorati sancti-

tate, corpus venerabile multoties ac super aurum & topazion æstimabile requiescit, vltra cum corpore suæ dilectissimæ sororis sanctissimæ Scholasticæ, quòd eius Abbates consecrare possint aras, & calices oleo ab episcopo consecrato, & quòd postea Gregorius XIII. omnibus Abbatibus ius mitræ, & baculi habentibus indulget, ut fruantur illo priuilegio Casinensi Abbati concessio, & quòd omnibus eis esset commune, quòd etiam extenditur ad Abbates Magni Basilii.

92. Abbates autem Cisticenses olim non omnes fruebantur hoc priuilegio consecrandi aras, & calices, nisi quatuor tantum, ut inquit Suarez *de religione tom. 4. cap. 30. num. 2. lib. 2.* sed quòd iam (fortè ex noua concessione) ad omnes extendatur, qui consecrant aras in quibuscumque locis sui Ordinis, ut iam multoties vidi, & refert Emanuel Rodriguez *tom. 1. quæst. regular. quæst. 28. art. 2. fol. 293.* Et ibi dicit, quòd Presbyteri Societatis Iesu ex Pauli III. concessione, anno Domini de 1549. expedita in locis remotissimis infidelium, vbi episcopi copia non habetur, possunt altaria consecrare: & Adrianus VI. idem concessit Provincialibus eiusdem Societatis, etiam pro vsu alieno in dictis partibus remotissimis, &c.

94. Ad dimissoriarum materiam, unde digressus reuertor, & dico, dimissorias non expirare, licet antequam executioni mandentur concedens naturaliter moriatur, seu civiliter. Arg. textus *in c. si cui 26. de præbend. lib. 6. & in l. tauri.* & ibi Gomezius Cardinalis *in Clement. final. de elect. num. 9. quæst. 5.* Nauarrus *in apologia de redditibus quæst. 3. monit. 8. per totam.* Nauarrus *conf. 1. de*

1. de rescriptis. Didacus Perez in l. 1. tit. 2. lib. 1. ordinam. Gutierrez canonic. quest. lib. 2. cap. 17. n. 3. & 12. Sanchez de matrim. l. 8. disp. 28. n. 83. Rebuffus in praxi, regula de literis dimissor. cap. 10. num. 43. Bonacina de sacram. disp. 8. quest. unica punct. 4. num. 3. & 12. Emanuel Sa verbo dimissoria, num. 1. Vgolinus de off. Episcopi, cap. 26. §. 20. num. 9. Rodriguez quest. regular. tom. 1. quest. 9. art. 1. num. 4. plures citat Barbosa in remissionib. ad c. 10. Concil. Trid. sess. 7. de reform. n. 4. Examen Episcoporum lib. 1. cap. 16. n. 12. fol. 46.

95

Neque expirant, licet ad alium Episcopatum transferatur episcopus. Nauarr. cons. 5. de rescriptis, num. 1. Sanchez d. n. 83. Et idem dicendum est de literis dimissoriis concessis à Capitulo sede vacante, post annum, quia per noui episcopi aduentum non vitiantur. Examen Episcoporum. supra, & idem erit si concessa à Vicario generali Episcopi, seu à quibusvis potentibus, & habentibus iurisdictionem, & potestatem concedendi. Gutierrez supra n. 12. Sanchez num. 83. Vgolinus §. 10. num. 5. Henriquez in summ. lib. 10. cap. 22. §. fin. Quaranta in sum. bullarj, verbo Capitulum sede vacante. vers. secundo dubitatur. Molina de iust. tractat. 5. disp. 11. num. 4. Barbosa in pastor. p. 2. alleg. 7.

96

Archiepiscopus dum Suffraganeorum provincias visitat, Suffraganeorum subditis dimissorias ad Ordines suscipiendos nequit concedere. Rebuffus & Sanchez ubi proximè.

97

Vicarius generalis Episcopi nisi speciale habeat mandatum, dimissorias concedere non valet. c. nullus, §. inferiores, Gloss. in c. licet. verbo officialem, de off. ordinar. lib. 6. vers. sed hodie talibus Vicariis. Rebuffus in praxi, in forma Vicarij Archiepiscopi, &

aliorum, num. 47. Mandosius in regul. cancell. 24. de male promotis, q. 6. num. 9. & 10. Petrus Gregorius syn. tagm. lib. 16. cap. 9. num. 3. Azor instit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 45. quest. 7. Vgolinus de off. cap. 4. §. 7. vers. quanto ad dimissorias. Gutierrez canonicar. lib. 2. cap. 17. num. 20. & 21. Rodriguez tom. 4. de suis obras, cap. 61. alias 62. num. 4. Barbosa supra, num. 9. Examen Episcoporum. lib. 1. c. 16. num. 12.

S V M M A R I V M.

Episcopus vtrum dispensare possit in omni irregularitate, & delicto occulto. num. 1.

Eius Vicarius generalis an ad hoc habeat mandatum ex generali commissione, vel requiratur speciale. ibidem.

Ad dispensandum vtrum requiratur precise quod resideat Episcopus in Diocesi. ibid.

An dispensare possit Episcopus cum irregulari ex enormi membri mutilatione occulto, licet voluntario. num. 2. & 3.

Vtrum dispensare valeat cum eo, qui aliquem percutere precepit, expresso ne ad occisionem procederent, qui nihilominus occiderunt. num. 4.

Cum homicida casuali occulto dispensat Episcopus quoad minores Ordines, & simplex beneficium. num. 5.

Cum homicida casuali publico, & indirecte voluntario, potest Episcopus dispensare ad minores Ordines, & simplex benefi-

cium.num.6.
Ad maiores etiam, si delictum occultum est. ibid.
Vtrum possit dispensare cum Curato homicida voluntario, ad Curam obtinendam, seu cum Canonico ad Canonatum retinendum. num.7. & 8.
Cum homicida voluntario etiam occulto nequit dispensare, neque ad minores Ordines, neque ad simplex beneficium. num.9.
Cum illis, quorum delicta ad forum contentiosum sunt deducta, an possit. num.10.
An possit cum irregulari, cuius delictum ad forum contentiosum deductum est, sed ibi absoluto. num.11.
Delictum occultum quale dicatur. num.12.
Cum homicida occulto, qui cum aliter euadere non possit, aggressorem occidit, non in totum servata moderatione inculpata tutela, vtrum dispensare valeat. num.13.
Vtrum irregularis dicatur qui aggressorem occidit, omni via servata moderatione inculpata tutela. num.14.
Absolvere ab heresi occulta per seipsum an hodie possit Episcopus. num.15. vsque ad 18.
Gaspar Hurtado de Mendoza à Societate Iesu laudatur. num.17.
Vicarius Episcopi an possit de commissione Episcopi absolvere ab heresi occulta. num.18.
Absolvere ab excommunicatione

Cæna excommunicatos occultos vtrum possit. num.19. & 20.
Vtrum à delicto clausura, vel à quibusvis aliis etiam occultis. num.21.
Quid à censuris incuris propter ingressum ad monasteria Monialium. num.22.
Quid quando adire nequeunt excommunicati Pontificem. numero 23.
Episcopi Indiarum, Indos an absolvere possint à casibus reservatis, præcipue ab excommunicatione Cæna. num.24.
Vtrum cum Regularibus exemptis irregularibus factis ex aliquo delicto. num.25. & 26.
Vtrum possit Episcopus absolvere à casibus de quibus in c.6. Concilij sess.24. si extra Diæcesim degit. num.27. & 28.
Si in sua Diæcesi Concilium Tridentinum receptum non est, an dispensare possit virtute Concilij. num.29.
An dispensare possit Episcopus virtute can.6. de reform. sess.23. cum irregulari ex alia irregularitate quàm ex delicto proveniente. num.30.
An legitimare possit Episcopus. num.31.
An habilitare illegitimum. numero 32.
An cum eo dispensare ad hoc quòd minores Ordines, & simplex beneficium suscipiat. ibid.
An habilitare spurium ad canonatum. num.33. & 34.

- An ad canonicatum Ecclesie collegiatae.* num. 35.
- An ad canonicatum Ecclesie collegiatae cum eo, cum quo Papa dispensavit ad Presbyteratum suscipiendum.* num. 36.
- An dispensare cum illegitimo quoad beneficium simplex, in quo Pater antea ministravit.* numero 37.
- An dispensare debeat cum illegitimo antequam beneficium seu Ordines conferat.* num. 38.
- Confirmatus non consecratus utrum dispensare in irregularitatibus possit, in quibus consecratus.* num. 39.
- An idem possit Archiepiscopus consecratus, & nondum palliatus.* num. 40.
- Cum Simoniaco occulto an dispenset.* num. 41.
- An dispensatio extendatur ad forum exterius.* num. 42.
- Absolvere ab occultis an possit omnes in Diocesi habitantes, licet peregrini sint, seu mercatores.* num. 43.
- An advena, & similes subesse dicantur Episcopo quoad sacramenta.* num. 44.
- An tales absolvi possint ab omni excommunicatione, & an dispensari in votis, & irregularitatibus.* num. 45.
- In irregularitate ex defectu perfectae lenitatis an dispenset.* num. 46. & 47.
- An cum bigamo.* num. 48.
- Bigamia similitudinaria qualis.* num. 49.
- Textus in c. nuper, de bigamis explanatur.* num. 50.
- Cum bigamo realiter vero an quoad minores Ordines dispensare possit.* num. 51. & 52.
- An cum irregulari ex iteratione baptismi.* num. 53.
- An cum irregulari ex eo, quod Ordinem quem non habebat, exercuit.* num. 54.
- An cum eo, qui depositus aut suspensus celebravit.* num. 55.
- An cum Presbytero occidente in bello iusto.* num. 56.
- An cum eo, qui vertit infirmum intentione acceleranda mortis, ne tamdiu patiatur.* num. 57. & 58.
- An cum eis, qui post votum solenne contrahunt.* num. 59.
- An cum eo, qui visu oculi sinistri caret.* num. 60.
- An cum eo, qui sine deformitate celebrare nequit.* num. 61.
- An cum convictis de crimine nefando.* num. 62.
- An cum infamibus infamia iuris, seu infamia facti.* num. 63.
- An super aetate ordinandorum.* num. 64.
- An cum eo, qui administrationis Regiae rationem non prestitit, ad hoc ut sacros Ordines suscipiat.* num. 65.
- An cum ignobili & virtuoso, ut in canonicum admittatur, ubi est statutum ignobiles excludens.* num. 66.
- An cum eo, qui per saltum promo-*

tus celebravit. si delictum occultum est. num. 67.

An delegare possit facultatem, quam ipse habet, virtute cap. 6.

de reform. sess. 24. Confessario suo, ut secum dispenset. n. 68.

Potest dispensare in ieiuniis. n. 69.

An possit permittere exercere opera seruilia in diebus festiuis. num. 70.

Virum permittere celebrare sacrificium Missæ in Sabbato sancto. num. 71.

Capitulum sede vacante an possit dispensare per Vicarium, virtute cap. 6. Concil. Trident. num. 72. & 73.

An concedere possit quòd in Ecclesia non parochiali sanctissimum Eucharistiæ seruetur Sacramentum. num. 74.

An dispensare circa lectionem librorum prohibitorum, vel etiam secum. num. 75.

Sine Episcopi licentia an possint imprimi libri. num. 76.

DE DISPENSATIONE IRREGULARITATVM.

CAPVT SEXTVM.



I

XCELSA est Episcoporum potestas, & circa dispensationem irregularitatum amplissima: colligitur namque ex textu in c. 6. Concil. de reform. sess. 24. ubi conceditur eis quòd possint dispensare in omni irregularitate occulta, ex homicidio non directè voluntario, & occulto, vel ex quolibet alio delicto proueniente, & in omnibus suspensionibus, & in quibuscumque casibus occultis, & etiam sedi Apostolicæ reseruatis: ad hoc vt quis ad sacros Ordines promoueri, & Ecclesiastica beneficia obtinere possit, quæ dispensatio fieri debet per ipsum Episcopum, si resideat in Diocesi. Nauarr. in *Manuali* cap. 27. n. 194. & 239. Coninck de *sacram. Ordinis*, disp. 33. dub. 2. n. 22. & disp. 8. dub. 12. n. 87. & disp. 14. dub. 16. n. 243. & disp. 18. dub. 14. n. 111. Viuald. in *candelab. tit. de irreg.* n. 314. Zerola

in *praxi* p. 1. verb. *irreg.* n. 8. Gutierrez *canon. lib. 1. c. 3. n. 8.* Emanuel Sa *verbo Episcopus*, n. 34. Leo in *thesaur.* cap. 8. n. 53. *tit. de dispensat.* Riccius in *praxi*, *decis.* 518. n. 1. Didacus de Arroyo de *sacram. d. c. de irregul.* n. 10. Barbosa in *remission. ad cap. 7. de reform. sess.* 14. num. 3. Antonius Fernandez in *examine Theologia* part. 4. cap. 7. §. 1. n. 5.

Potest Episcopus dispensare etiã cum irregulari facto ex enormi & occulta membri mutilatione, licet voluntaria, vt sacra Cõgregatio declarauit super cap. 6. de reform. sess. 24. Coninck de *sacram. disp.* 18. dub. 14. n. 111. Sa *verbo Episcopus*, n. 34. & *verbo irreg. ex illicita*, n. 7. in *fine.* Suar. tom. 5. disp. 44. sect. 2. n. 4. & sess. 4. n. 35. Tolet. in *sum. l. 1. c. 88. vers. 6.* & c. 89. n. 3. Reg. in *praxi fori pœnitentialis* l. 30. tract. 2. n. 91. Bonac. de *conf. disp.* 7. q. 4. punct. vlt. n. 11. Barbof. in *pastor. p. 2. alleg.* 39. n. 49. Didac. de Arroyo *supr.* Vgol. de *off. c. 57. §. 2. n. 4.* Garcia de *ben. p. 7. c. 11.* num. 30.

2